



Danskernes Historie Online

Danske Slægtsforskernes Bibliotek

Dette værk er downloadet fra Danskernes Historie Online

Danskernes Historie Online er Danmarks største digitaliseringsprojekt af litteratur inden for emner som personalthistorie, lokalhistorie og slægtsforskning. Biblioteket hører under den almennyttige forening Danske Slægtsforskere. Vi bevarer vores fælles kulturarv, digitaliserer den og stiller den til rådighed for alle interesserede.

Støt vores arbejde – Bliv sponsor

Som sponsor i biblioteket opnår du en række fordele. Læs mere om fordele og sponsorat her:
<https://slaegtsbibliotek.dk/sponsorat>

Ophavsret

Biblioteket indeholder værker både med og uden ophavsret. For værker, som er omfattet af ophavsret, må PDF-filen kun benyttes til personligt brug.

Links

Slægtsforskernes Bibliotek: <https://slaegtsbibliotek.dk>
Danske Slægtsforskere: <https://slaegt.dk>

DISPUTATIO
POLITICO-PHILOLOGICA
D E

I V D Æ I S,
Q V A M

Τὸν Θεοῦ συνεργεῖν;

SUB PRÆSIDIO

Clarissimi & Excellentissimi viri,

D. M. MATTHIÆ PASORIS,

Philosophiæ practicæ in illustri Groningæ &
Omlandiæ Academiâ Professoris dignissimi, ac
p. t. Rectoris Magnifici, fautoris & præcepto-
ris sui colendissimi,

Publicæ ventilationi submittet

Ad diem Decemb. 16cō & horis consuetis;

IOANNES PAULI WINDINGIUS,

Danus.



GRONINGÆ,

Typis JOHANNIS SAS, Ordinum &
Academiæ Typographi c. l. c. xxxii.

Σὺν τῷ ἐν ἀμα καὶ ῥεῖσιν ποσειδῶσι θιῶ.

QUESTIONUM

DE IVDÆIS

THESIS I.



On sine gravi causa Judaicam gentem, vivunt hodie iræ divinæ speculum agnoscunt & pronunciant summi tum Theologi, tum Politici.

I I.

Etenim gens hæc metu nunquam vacua, cunctorum iactibus exposita est, & nusquam tutò collocata loco, quasvis semper, patriam extorris, mundi per vagatur plagas.

I I I.

Exilium iis esse terribile, tradit Cicero, quibus quasi circumscriptus est habitandi locus, non illis qui omnem orbem terrarum unam urbem esse dicunt. Maximè ergò his terribile erit quibus jam olim terra Canaanitica, melle fluens & lacte, veluti terrestri paradiso, à DEO assignata fuit, imò quibus, quicquid in universo orbe est urbium, præter solam Hierusolymam, maximo est fastidio.

I V.

Si felicissimi summæque beati pronunciantur ii, quibus patrios lares colere integrum, (juxta illud Ovidii,

O quater, & quoties non est numerare beatum,

Non interditi cui licet urbe frui!)

Judæi certè infelicissimi ac miseri extremè, quod in ultimas exportati terras, errabundi vagari coguntur.

V.

Operæ itaque facturos nos pretium arbitramur, si hoc divinæ vindictæ speculum ob oculos statuendo, *μακροθυμίας* clementissimi DEI erga desperatos peccatores agnoscendo, ac denique in animum præscam eorum dignitatem, quæ in

qualorem extremamque miseriam convertit, revocando; *Ἰδαὼν* ψ, in hanc instituerimus: in quâ tria ventilanda proponantur: I. *An gens hac in Republ. benè constitutâ toleranda sit?* II. *An recepta, ad fidem Christianam à magistratu Politico cogenda?* III. *An scriptorum Rabbincorum lectio in Christianâ Republ. permittenda?*

V I.

De I. *An nimirum in Republ. toleranda sit?* Marte aded à nonnullis ambiguo disceptatum est, ut cui herbam porrigas primâ fronte vix videas. Nos, ne nimîa labamur præcipitantia, cautè heic agimus, ita ut nec in opinionem affirmantium eam esse, etiam in loca ubi nondum recepta, introducendam abeamus: nec nostrum ad eorum sententiam aggregemus iudicium, qui nullum illi à Magistratu habitationis concedendum locum contendunt: sed mediò tutissimè euntes, eam, jam receptam, tolerandam omninò esse, prægnantium aliquot argumentorum momentis demonstremus.

V I I.

Cùm verò in omni tractatu verborum ratio ipsis præmittenda sit rebus, quid per vocem *Judæi* intelligendum veniat, paucis edisseremus. Distinguimus igitur cum Politicis sanioribus, (1) *Judæos* hodiernos CHRISTUM Dominum repudiantes à veteribus, qui eadem nobiscum fide salutem quæsi-verunt, & adepti sunt, Act. 15. Rom. 4. (2) Nomine *Judæorum* non solam *Judæ* tribum, sed omnem ex *Israële* ortum populum designamus, qui hodiè communi vocabulo *Iehudim* indigitatur. Ita Rabbi *Eliabu* in *Thesbite* p. 40. *Notum est omnes Israëlitæ nominari Iehudim: ceterum in scripturâ non reperitur quod Iehudim dicti sint, nisi à tempore transportationis decem tribuum, & cum residuum esset regnum domus Iehudah, tunc appellati sunt Iehudim, & lingua ipsorum Iehudaica* Quod idem Rabbi ex *Esth. 2.* confirmat, ubi *Mardocheus* dicitur *Iehudæus*, licet è *Benjamitica* esset oriundus tribu. Sic passim in libris *Machab.*

Machab. & N. T. Israelitæ judæorum nomine vocitantur. Omnes enim (ait Rabbi Iarchi) qui in captivitate deportati sunt cum Regibus Iehudab, dicti sunt inter gentes Iehudim, licet è tribu essent aliâ. Comment. in Esth. Iudæi itaque sunt qui in excidio *κατωληθία* Palesthinæ terræ dissipati, varias hodie orbis plagas inhabitant, cultui divino in lege Mosaica præscripto ea dediti pertinacia, quæ ad infaniam Antiochum nobilem adigit. Bod. l. 5. Rep. c. 1.

V I I I.

Rationum autem, quibus hoc hominum genus in Republ. tolerandum esse evincimus, I.^{ma} hæc est: Si Iudæi ante novissimam universitatis hujus ruinam verò Messæ cultui vacabunt, ad eumque convertentur jure justioris in locis, ubi jam degunt, tolerantur. At verum prius ex Rom. c. 11. v. 25. & 26. ubi Apostolum, non de quibusvis promiscuè credentibus, ut nec de exiguo Iudæorum hætenus sparsim in Ecclesia plantato numero: sed de multitudine magna, jam pridem ab Hosea Propheta prædicta, aliquando convertenda agere, emphasis verborum, textus *συνεχρον* aliæque circumstantiæ manu quasi docent. Vid. August. in explic. parabola de filio prodigo. Tom. 4. lib. 2. Evang. question. 33. p. 348. Edit. Basil.

I X.

Cæterum, quod in eandem Hoseas conversionem oculos intenderit, hæcce ejus verba manifestè arguunt: Quia dies multos manebunt filii Israël absque rege, & absque principe, & sine sacrificio &c. Postea revertentur filii Israël & quærent Dominum Deum suum, & David regem suum, & pavebunt ad Dominum & ad bonitatem ejus in novissimo dierum. c. 3. v. 5. & 6. Ita Lyra in h. l. Hic ultimò ponitur Iudæorum finalis conversio, cum dicitur, Et post hæc: h. e. Iudæorū abjectionē & excæcationem revertentur ab errore suo, & quærent Dominum Deum suum devotè, Et David, h. e. DEI filium IESUM CHRISTUM.

Cui thesei ut plus accedat *περιώματις*, Chaldeum Parū
 phrasten huic succinentem interpretationi laudamus. Is er
 nim ita *אחרי צדקה*: Postea pœnitentiã ducentur filii Israël, et
 quarent cultum Domini DEI sui, & obædient Messia filio Davi
 regi suo. Hujus vestigia sapiens Rabbi Abraham Ben Ezra præ
 mit, hunc l. ex Ezech. 37. 25. & Esa. 2. v. 2. explicans. Nec
 reluctatur Rabbi David Kimchi, verba Prophetæ hæc explā
 nans modò: *Et hi sunt dies exilii, in quo hodie sumus, nec regem
 habemus, nec principem ex Israël: in potestate namq; gentium regimur
 & Principum earum sumus.* Et postea. *Id fiet postremis temporibus
 sub tempus salutis, quum redibunt filii Israël per pœnitentiã.* Con
 sule ea, quæ ad vocem *Ereschrich desponsabo te*, idem hic anno
 tat: simulque nota *baacharith hajamin* innuere aliàs tempus,
 quod Messia in carne exhibitò & manifestato futurum erat,
 ut Gen. 49. 1. Esa. 2. v. 2. (ubi Ezraides, *Novissima dierum
 sunt dies Messia, quia ea novissima dierum mundi*) Michi
 4. v. 1.

X I.

Quæ cum apertissimè Iudæorum exstruant conversionem
 nostram pro tolerandis illis in Republ. sententiam tuentur
 Si enim hinc inde proscriberentur, radicitalvè extirparentur,
 conversio in actum erumpere non posset: sed tam Apo
 stolicum, quàm Propheticum vaticinium *ὠπηνέμιον* redde
 retur, quod cogitare, nedum dicere impium.

X I I.

Argum. II. è Matth. 24. 34. Mar. 13. 30. Luc. 21. 32. de
 promimus, ubi Christus de Iudæa, totiusq; *οικουμένης* agens
 interitu, ad discipulos hæc profert verba: *ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἂν
 μὴ παρέλθῃ ἡ γενεὰ αὕτη, ὅως ἂν πάντα ταῦτα γένηται,*
 Amen dico vobis, non præteribit natio, sive generatio hæc
 donec omnia fiant. Ex voce *παρέλθῃ*, respondente Ebrai.

אבות

abar, (qua voce Syrus heic, ut & 1 Cor. 7. 31. de mundi interi-
urâ figurâ utitur) finalis elicitur interitus: qui cū in Iudæis nō-
ū animadversus sit, vi dicti hujus, ad fatale eos rerum omniū
conversionem perduratos concludimus: quod non fiet,
si tolerantur. Quod autem per *γενῆς* hic loci *γενεὰ* Judai-
intelligatur, è pron. demonstrativo *αὐτῆς*, à Syro per
eode præsentem rem, nec ab oculis remotam declarante, ex-
presso colligere est, ut Matth. 16. 18. & alibi in N. T.
assim.

X I I I.

III. Quo pugnamus hoc est: Si Iudæi non modo à veteri
Christianorum Ecclesiâ, sed & piis prudentibusque impera-
tribus tolerati sunt, nihil obstat, quò minus & hodie ferri
deant. At illud, teste Cujacio lib. 7. Observat. 30. p. 150.
certissimum est. De Imperatoribus res est certissima. Anto-
nius enim illis religionis causâ coëundi, ac Synagogas haberi
copiam fecit. Octavianus Augustus Præfides Provin-
ciarum, (ait Bodin. de Republ. lib. 3. c. 7. p. 518. Edit. Francosf.)
Norbanus Proconsul, Ephesiorum magistratus interdicto
tuit, Iudæorum cœtus & collegia perturbare, aut quò mi-
nus religionis causâ publicè coirent, prohibere. Imò, *Consti-
tutiones in iis solis sine molestiâ eos esse iubent, per qua cultus inquisi-
tus videtur.* l. 15. §. 6. ff. de Excusat.

X I V:

IV. Iudæis non modò *ἡ τῆ θεοῦ λόγια* tradita sunt,
Matth. 3. 2. verùm & iidem Patriarcharum, sanctorumque
rum sunt posteri, è quibus *κατὰ σάρκα* Messias natus, Rom
7. Equitas itaque imperat, ratioque suadet, illis, per
his tanta nobis oblata munera, tanta humano generi obtri-
salus vicissim gratificemur: *cum animi sit ingenui, quibus
tum debemus, isdem plurimum velle debere, ut loquitur ille*
2. Famil. Ep.

V. Quo nostram hanc roboramus sententiã *Ἰδαυῖα* Berhardinum est. Is enim ita: *Audivimus & gaudemus, ut vobis ferveat zelus Dei: sed oportet omninò temperamentum scietia non deesse. Non sunt persequendi Iudai, non sunt trucidandi sed nec effugandi quidem. Interrogate eos divinas paginas. Noquid in Psälmo legitur Prophetarum de Iudais: D E U S ostendit mihi (inquit Ecclesia) super inimicos meos, ne occidas eos, quando obliviscantur populi mei. Vivi quidam apices nobis sunt representantes dominicam passionem. Propter hoc dispersi sunt in omnes regiones, ut dum justas tanti facinoris pœnas luunt, tē sint nostræ redemptionis. Unde & addit in eodem Psälmo loquitur Ecclesia: Disperge illos in virtute tuâ, & depone eos protectoris tui Domine. Ita factum est, dispersi sunt, duram sustinent captivitatem sub principibus Christianis. Convertentur tamen ad vesperum & in tempore erit respectus eorum. Denique cum introierit genus multitudo, tunc omnis Israel salvus erit, ait Apostolus. Interim sanè qui moritur, manet in morte. Taceo, quòd sicubi desuper pejus Iudaiizare volumus Christianos sceleratores, si tamen Christianos, & non magis baptizatos Iudæos convenit appellari. Si licet penitus conterantur, unde jam prosperabitur salus eorum in fine missa, sive conversio? Hactenus ille. Epist. ad Clerum & pulum Spirensem 322, p. 994. Edit. Basil. An. 1566.*

VI. Tale est: Quocumque in loco infandus Iudæorum Christum ac Christianos debacchandi ardor sufflammat, tinguique potest, ibi tolerantur: At is istis in locis, ubi degunt, nimirum in Rebus Christianorum publicis ratu exstirpari poterit, E. Magistratus enim plus in eo cendo præstare potis est, quando illos sub suâ habet ditione quam cum extra illam licentiosè grassantur. Quamto tolerandos eos in Republ. à quâ jam recepti sunt, femus.

XVII.

Distinctè nunc, quæ contra dicuntur, enervanda essent; at cū ea solum Reip. Christ. pertendant perniciem, in unū omnia unius rogi flammis cōburenda conferimus: Rōdentes, Iudæos non ἀπαλώσ, sed certis cōstrictos cōditionibus esse tolerandos: & quidem I. Ut à blasphemis, quas in Christum, Christianosque evomunt, temperent. 2. Ad audiendam Evangelii prædicationem compellantur, qua ad cognitionem Messis manuducantur 3. Nelynagogas novas exstruant 4. Iudæo in Christianorum volenti transire castra negotium ne faceant, nec in Christianis seducendis occupati sint. 5. Diverſo à Christianis habitu utantur, ne unà cum his commisceantur. 6. Ab illicitis usuris abstineant, ac manu victum queritent. 7. Ad munera ne admittantur publica, ne occasione officiorum in Christianos sæviant. 8. Ne cum Christianis matrimonium contrahant. 9. Ne contra Christianum ad testificandum admittantur. 10. Ne res furtivas temerè cōmant. 11. Ne prædia sibi emanat Christianorum, atque ita his alimenta præcipiant. 12. Nec in foro venalia his intercipient, majori venditoribus oblato pretio, eaque rursus duplicatè vendentes. 13. Ne carnes Christianis venditent, cū vendituri in eas maledictiones nefandas eructent. Et 14. Coram iudice Christiano, si cum Christianis illis res fuerit, Principum adstricti constitutionibus, litigent, *vid. Dan. Otton. de jur. Publ. e. 19. Limn. de jur. Publ. t. 1. l. 3. c. 2. p. 18. seq. Reinking. de Regim. secul. lib. 2. class. 2. c. 3. p. 392. seq. Cujac. lib. 16. Obſerv. c. 3. Pet. Gr. Thol. de Rep. l. c. 5. p. 175.*

XVIII.

Atque his & similibus receptos admissosque conditionibus tolerandos Iudæos arbitramur: nec esse pro lubitu eorum qui in protectionem ipsos susceperunt, ejiciendos. *Securitas namque & protectio semel alicui concessa sine culpa & causâ violari non debet.* Reinking. d. l. p. 394. Quod si autem ausu prolatas conditiones violaverint temerario, securitatis non fru-

untur auxilio, sed, quod in leges commiserint, expelluntur.

X I X.

Coeterum non facile temerevè à Republ. Christiana extrudendi, ne aliqua huicce perniciēs accedat. Notum est Iudæos à Lusitanorum rege Emanuele expulsos, ad Turcas, præter varia artificia, usum bellicarum machinarum perfectum secum deportasse, quod toti orbi Christiano, ac Republ. grandem infixit securim. Camer. cent. 1. Hor. succil. c. 89. Quæ luculenter ostendunt gentem Iudaicam civitatis jure *αἰγιόχοιο* ñ esse donandam: nec donatam absque fontica causa profligandam: sed legibus coërcendam severissimis, conditionibusque frenandam durissimis.

X X.

Ad *II. συζήσεως* nostræ membrum pedem promovemus, quod est, *An Iudæi recepti, ad fidem Christianam cogendi?* Torfit hæc quæstio Politicos hæctenus classis non postremæ. Reink. lib. 2. Class. 2. 3. de Regim. seculari p. 393. Nobis hæc sedet sententia, non coactionibus externis, aut armis hoc operis expediendum esse. *Etenim veluti invita voluntas cogi nequit, sic nec qua debet esse, spontanea religio.* Tholoz. de republ. l. 12. c. 4. p. 721. *Et fides non jubetur, sed suadetur.* Reink. d. 1. Unde Cujac. lib. 16. Observ. 1. ait, *Principes Christianos, si Iudæis potuissent imperare, Christianam religionem jam utique imperassent. Iam verò nihil tam voluntarium, quam religio, in qua si animus aversus est, jam sublata, jam nulla est, ut loquitur Lactant. Ad Christianam ergo fidem vi non sunt deducendi.*

X X I.

Interim fuere plures Christiani Principes quibus nec voluntas, nec conatus in pertrahenda ad gremium Ecclesiæ perversa hac gente, defuit. *Sisebutus Hispaniæ Rex, Iudæos nomen Christi agnoscere coëgit, qua re à secta multa averfa*

sunt millia. Quod æmulatus (ait Lipsius) Rex Galliarum *Dagobertus* diem Iudæis præstituit, intra quam nisi religionem nostram susciperent, hostes dijudicarentur, pertinaciamque capite lucrent. Adversus Dialogist. tom. 5. Edit. Antverp. p. 84. *Iustinianus* imperatorum laudatissimus ad legendas sacrorum monumentorum interpretationes adigere eos voluit, quod per earum lectionem convenientius vivere discerent, nec fiduciam haberent, istis, qui apud ipsos sunt, expositoribus. Nov. 146. c. 2. Sed conatu, ut verisimile est, frustraneo.

XXII.

Nam cum gens illa plerumque animo sit puram putam impietatem ac superstitionem spirante, innatam malitiam difficulter exiit, licet formidine pœnæ illam se deposuisse simulet, donec ad vomitum rursus revertendi occasio effulgeat. Sic Ratisponenses Iudæi, inviti sub Henrico IV. Anno 1086. baptizati ad Iudaismum relapsi sunt. Et qui in Hispania lavacro similiter Baptismatos superiore seculo intincti sunt, non tantum Christianismo maculas inusserunt horrendas, sed & contra Regem Egicam, ac regnum conspirarunt, unde servituti perpetuæ addicti sunt, Anno 604, ut tradit Pet. Gr. Thol. d. I. p. 722. E quibus gentē hanc haud esse collo ad Christianam fidem obtorto trahendam concludimus.

XXIII.

Gradum ad III. memb. disp. protollimus, nim. An digna sint Iudeorum scripta, quæ Christianorum terantur manibus? Negativam nonnulli rigidè propugnant, ajentes ea errorum superstitionumque referta esse, meras redolere fabulas, ipsos Magistros duces fuisse cæcos. Osiand. in Meth. stud. Theol. & Pet. Thol. qui hoc inprimis eos sugillat nomine, quoddam futilibus observationibus totam sacram linguam conipurcarint. p. 733.

X X I V.

Quæ assertiones limitationis aliquo in alagmate obducendæ sunt. Non heic de Paraph. Chaldaicis Ionathanis & Onkeli prolixè agemus, cum earum amplitudinem, autoritatem & usum Rev. & Clarissimus D. D. Nicol. Petrus in disput. de S. scripturæ Interpret. doctissimè edisseruerit: de reliquis pauca dicemus scriptis. Non itaque inficias imus Judæorum Magistros in commentariis longiùs interdum à genuino sensu locorum discessisse: quin imò ultrò largimur varia hic inde in illis sparsa esse figmenta, *καταλαμίνες μύθους* & nugas, quibus legenti nonnunquam tenebras offundunt, sæpius istis admixtas. Verum enimverò si hoc solùm repudiantur nomine, repudiandum erit, quicquid ferè Lat. Græcque librorum futilibus neniis stipatorum uspiam extat. Optimè Plinius: *Nullum librum tam malum inveni, qui non aliquà ex parte profuit.* Et Paulus ait, *πάντα δοκιμάζοντες, ἵνα κελὸν κατήχησθε* 1. Thef. 5. 21. Inter spinas rosæ. Licet in eruendo vero sensu plerumque dormitent, in iis tamen quæ Gram. Philologicaque sunt, magnam Christianis lucem præferunt, quos inter Aben Ezra sapiens, Rabbi Saadias, Gerson, Iarchi, Kimchi, Ramban, Rambam, Elias Levita & alii.

X X V.

Cujus thesauri consolidandæ ergò magna exemploram huc advehi possent plaustra, nisi voluntatem brevitatis studium cohiberet. Paucissima minutissimaque decerpemus. A quo Cerubim quasi *Cerabia* dictos didicimus? Ab AbenEzrà & Kimchio. A quo genuinam vocis *Nuge* soph. 3. 18. significationem hauimus? Ab AbenEzrà & Iarchi asserentibus id esse vocabulum mœroris. A quo vim vocis *Chartumim* petimus? Ab AbenEzrà monente per hanc innui sapientes naturæ, sive genethliacos. Unde, quid per *Baale Asyphoth* Eccles ult. 11. intelligendum veniat depromimus? è Kimchiano lexico, ubi collectores verborum sapientum hoc sortitos

esse nomen, verissimè asseritur. Pluribus, ne εν ἡ μεση-
βρία τὸν λύχνον ἀπλεῖν videamur, super sedemus,

X X V I.

Iam libet aures censurae ac κρισεῖ virorum, literaturæ non profanorum, dare, quorum antesignanus esto Mayerus, hac de re in phil. sacr. par. τ. p. 403. ita differens: *Usum, quem præbet lectio vetustiorum & puriorum Rabbīnorum, qui tantum ad disputationes cum Iudæis instituendas restringunt, iniquè simul & imperitè faciunt, cum is sit omnium minimus, alique longè majores ac præstantiores adsint, quos studio Theologico abundè suppeditant, ut experiuntur illi, qui vel ad adyta linguæ Ebrææ penetrare, vel textum authenticum, quod non postremum Theologi munus est, interpretari, explicare, & ex lingua sacra genio enarrare, vel Iudæorum ritus, ceremonias, avitasque traditiones, quæ & ipsæ suum in explicanda scriptura usum habent, cognoscere studēt.* Hæcenus ille.

X X V I I.

Huic author ἀνάουος Præf. in Hoseam Lugd. 1621. Ebr. & Chald. editum succedet: Is autem ita: *Ea (subintellige scripta & comment. Iudæorum) cum magnam lucem etiam nobis Christianis in sacrorum scriptorum lectione afferre possint, uti abundè testantur Joannis Merceri, & Andrea Masii in libros quosdam sacros commentaria: opera omninò danda est iis, qui contextum Biblicum solidè volunt intelligere, vel aliis explicare, ut illa quoque intelligant.* Graferus similiter, ita Canonem biblicum explicasse eos asserit, ut omninò contemni non debeat illorum labor. *Quod autem in doctrinâ de Messia prævaricantur, non tam inscitia (verbis utimur Melanth.) quam voluntatis perversitate peccant.* vid. Parænes. Cl. Amamæ.

X X V I I I.

Hinc concilium Tridentinum eorum scripta inter Christianos toleranda, non ineptè statuit, inquit: *Tuimud Ebræ-*

orum ejusque glossa, annotationes, interpretationes, expositiones omnes, si tamen prodierint sine nomine Talmud, & sine injuriis & calumniis in religionem Christianam, tolerabuntur. Non enim putavit concilium omninò Talmudica abolenda, cum multa in iis sint, ex quibus & fides nostra, & religio juvari possit, & multa que adversus Judaicam obdurationem prodesse Christianis possunt. &c.

XXIX.

E quâ thesi, multa in Ebraorum, qua adversus Judaicam obdurationem profunt, extare scriptis asserente, prægnans pro permittendis Rabbiorum scriptis nascitur argumentum. Etenim nemo, opinor, sanus illorum nos prohibebit lætione, quæ modernorum Iudæorum protervam circa articulos fidei insaniam conterant, opinionumque impiarum temeritatem disjiciant. Iam verò discuti ea commode nequit, nisi iidem, dum *ὀικείοις βαλδοῦται περὶ οἷς* è penu Rabbifico, pari cum Vet. Test. impari cum Novo, quod *μυθολογικὸν* nuncupant, apud eos ambulante gressu, errorum convincantur. Et inevitabilia ea esse argumentorum tela, quæ ex adversæ partis scriptis deprompta, in ipsos ejaculamur adverlatios, omnibus liquidum est.

XXX.

Rem exemplorum illustramus copia. Trinitatem (quam pervicax hoc homunculorum genus stolidè negat) ex isto Rabbi Simeonis Iohai in Zohare, quod ex Rabbi Ibbâ comment. in Deuteron. his profert verbis, evidenter demonstramus: *IEHOVAH ELOHENU IEHOVAH ECHAD*: Per primum *IEHOVAH*, quod *DEI* incommunicabile nomen est, intelligit *PATREM* omnium principem. Per *ELOHENU* Dominum nostrum, *FILIUM* omnium scientiarum fontem. Per secundum *IEHOVAH SPIRITUM SANCTUM* ex ambobus procedentem, qui quidem vocis mensura est. In eadem stabilienda testimonio sublevamus Rabbi Nagid, qui rogatus, quodnam esset nomen illud **x i r.**
litera

literarum, quod in usum venisset loco *πρωτογραμμάς* & *Ε-
 ΗΟΥ ΑΗ*, diebus tantum propitiatoriis usurpari soliti,
 Respondit, *ΑΒ, ΒΕΝ, ΒΕΡΒΑΧ Η ΑΚΚΑ-
 ΔΟΣΧ*, Pater, Filius, & Spiritus Sanctus. Eandem ex
 Rabbi Hain Gaon statuente, tres esse *Μενοθη* *Luces*, lucem
 scilicet antiquam, lucem puram, lucem purificatam, omnes ta-
 men Deum unum esse: & à Rabbi Nachmano, aliisq; Cabbalisticis
 tres esse summos à nullo unquam visos, affirmantibus firmiter
 probamus. Instar omnium heic Philo erit, disertè ac rotun-
 dè ajens *ΔΕΥ Μ* summâ generandi facultate præditum esse.
 &c. Vid. Tract. Post sex dies: de Mundo. Et Migrat.
 Abrahami.

X X X I.

Non secus è Rabbi Nechumia annis 500 *CHRISTU Μ*
 præcedente, ac innuente non posse ultra 500 annos protrahi tem-
 pus *Μεσση* à Daniele manifestatum, Messiam jam pridem ve-
 nisse contra *Χριστομαχως* istos evincimus. Ejusdem nativitatē
 Rabbi Hakkadosch, asserens *Μεσση* è *Virgine* nasciturum, cujus
 nomen *Maria*, adstruit. Et iplurū de *ενοσπρωσσει* simul &
 morte Christi contra Iudæos dogma robur sibi conciliat è
 supra nominato Simeone Iohai, cujus hæc sunt verba: *Deus*
mittet filiū suū carne humanā indutū ut eos abluat, sed ipsū occidēt.
Τῆ σαρπρωσει verò Rabbi Vla fidem facit, testatum relinquens
Jesum Nazaraum regni propinquū h. e. *Davidis filium*, pridie *Pa-
 schatis crucifixum*. Quin & illud, quod Ruth. 2. 14. hac ver-
 borum forma extat, *Intinge buccellam tuam in acetum*, Iudæus
 Schpliaistes in Midrasch ad Christum refert, inquiring, *Hic*
est panis Regis Messie, qui frangetur pro peccatis, & magnos
cruciatus patietur. Sic & illud *Esaïæ*: *In Livore ejus sanati*
sumus, exponitur. Plura apud Galatirum, Carettum, alios-
 que Iudæos baptisatos, è quibus ea haurire est, quibus tu-
 morem *Apellæum* compescas, Rabbinumq; nostri seculi notis
 & com,

& commentariis Rabbinicis turgidum hoc trito com-
pelles: age, ὦν καὶ πάσαι κενώσης τὴν Φαρίσαι, κατὰ
στασίαν Φέρετε τῶν Ἰοζευμάτων τῶν Βλήματι.

Tantum de excœcatissimis Judæis, quorum ut clemen-
tissimus misereatur DEVS, supplices oramus, nobis ve-
rò hanc impertiatur gratiam, ut divinæ hoc exemplo iræ
moniti, debito verbum ejus honore maectemus, ne eadem
super nos exardeat ira. Amen.

M A N T I S S Æ.

I.

AN Chaldæa, Syra & Arabica linguæ Ebrææ
dialecti sint? N.

II.

An Diphthongos eædem linguæ agnoscant? N.

III.

An Lam-elif inter Arabum literas numerandum? N.

Πάντα δόξα θεῷ.

Præstantissimo & Literatissimo Dn. Respondenti,
Amico & Commensali suo dilectissimo,

VV Indinge, vellem predicare carmine
Decente conatus pios tuos, ni eos

Extolleret presens tua hac ventilatio:

Nunc accipe hos lambos, & id dictum puta;

Nimirum, ut impiger pede impigro tuis

Inhæreas tritici diu vestigiis:

Quin usque & usque, perdis laboribus,

Pernocte curâ, mente totâ, pectore

Toto, omnibus viriculis; NON EST ENIM

COEPISSE SAT: FINIS CORONAT OPERA:

CHRISTOPH. ACHATIUS *Halsb.*
Norimbergenfis, Francus.